Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarium missae - Cod. Schwarzach 1

[s.l.], [10./11. Jahrh.]

Ebdomada XXV

urn:nbn:de:bsz:31-183777

Visual Library

ſepe dicebā uobiſ. Nunc autē & flenſ dico inimicoſ crucis xpi. quorū finiſ
interituſ. quorū dſ uenter eſt. & gloria in confuſione ipſorū. qui terrena
ſapiunt. Nr̄a autē conuerſatio in caeliſ ē. Unde & ſaluatorē ex
pectamuſ dnm̄ nr̄m ihm̄ xpm̄. qui reformauit corpuſ humilitatiſ nr̄ę.
configuratū corpori claritatiſ ſuę. Secundū operationē. qua poſſit
& iam ſubicere ſibi omnia. SECUNDŪ MATHEŪ.
In illo tēpore. Abeunteſ phariſęi. conſiliū inierūt ut caperent ihm̄
in ſermone. Et mittunt ei diſcipuloſ ſuoſ cū herodianiſ dicenteſ.
Magiſter. ſcimuſ quia uerax eſt. & uiā dī in ueritate doceſ. & n̄
eſt tibi cura de aliquo. Non enī reſpiciſ pſonā hominū. Dic ergo
nobiſ. quid tibi uidetur. Licet cenſū dare caeſari an non. Cog
nita autē ihſ nequitia eorū ait. Quid me temptatiſ hypocritę.
Oſtendite mihi numiſma cenſuſ. At illi obtulerūt ei denariū.
Et ait illiſ ihſ. Cuiuſ eſt imago hęc & ſuperſcriptio. Dicunt ei. Ceſa
riſ. Tunc ait illiſ. Reddite ergo quę ſunt caeſariſ caeſari & quę
ſunt dī dō. EBD̄ XXV. LEC EPL̄ AD COLOSENS̄
FRS. Non ceſſamuſ pro uobiſ orantes & poſtulanteſ. ut impleamini
agnitione uoluntatiſ ſuę. In omni ſapientia & intellectu ſpiritali.
ut ambuletiſ digne dō per omnia placenteſ. in omni opere bono fructifican
teſ & creſcenteſ in ſcientia dī. In omni uirtute confirmati. ſecundū
potentiā claritatiſ ſuę. In omni patientia & longanimitate cū
gaudio. In xpo ihū dnō nr̄o. SECUNDŪ MATHEŪ
In illo tempore. Loquente ihū ad turbaſ. ecce princepſ unuſ acceſſit
& adorabat eū dicenſ. Dne filia mea modo defuncta eſt. ſed ueni
impone manū ſuper eā & uiuet. Et ſurgenſ ihſ ſequebatur eū & diſcipu

li eius. Et ecce mulier que sanguinis fluxū patiebat̄ duodecim annis.
accessit retro, & tetigit fimbriā uestimenti eius. Dicebat enī intra se.
Si tetigero tantū uestimentū eius. salua ero. At ihs conuersus & uidens
eam. dixit. Confide filia. fides tua te saluā fecit. Et salua facta est
mulier ex illa hora. IN UIGL SCI ANDREE. LEC
FRS. Benedictus dś & pater dni nri ihu xpi. EPL. AD EPHES.
qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in caelestibus in xpo. Sicut
elegit nos in ipso ante mundi constitutionē. ut essemus sci & inmacula
ti in conspectu eius in caritate. Qui p̄destinauit nos in adoptionē
filiorū p ihm xpm in ipsū. secundū propositū uoluntatis suę in laudē
glorię gratię suę. in qua gratificauit nos in dilecto filio suo. In quo
habemus redemptionē p sanguinē eius. remissionē peccatorū secun
dū diuitias gratiae suae. que superabundauit in nobis. per ihm xpm
dnm nostrum. SEQ SCI EUGL SEC IOHANN
IN illo tēpore. Stabat iohannes & ex discipulis eius duo. Et respiciens
ihm ambulantē. dicit. Ecce agnus dī. Et audierunt eū duo discipuli lo
quentē. & secuti sunt ihm. Conuersus autē ihs & uidens eos sequentes se di
cit eis. Quid queritis? Qui dixerunt ei. Rabbi. qđ dicitur interpretatū
magister. Ubi habitas? Dicit eis. Uenite & uidete. Uenerunt & ui
derunt ubi maneret. & apud eum manserunt die illo. Hora autem erat
quasi decima. Erat andreas frater simonis petri unus ex duobus
qui audierant ab iohanne. & secuti fuerant eū. Inuenit hic primū
fratrē suū simonē. & dicit ei. Inuenimus messiā. qđ est interpretatū
xps. Et adduxit eū ad ihm. Intuitus autē eū ihs dix. Tu es simon filius
iona. tu uocaberis cephas. qđ interpretatur petrus. In crastinū uoluit

exire in galilaeā. & inuenit philippū. & dicit ei ihs. Sequere me. Erat
autē philippus a bethsaida ciuitate andreae & petri. Inuenit
philippus nathanahel. & dicit ei. Quē scripsit moyses in lege &
pphetę. inuenimus: ioseph: ihm filiū: a nazareth. Et dixit ei natha
nahel. A nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei philip
pus. Ueni & uide. Uidit ihs nathanahel uenientē ad se. & di
cit de eo. Ecce uere israhelita in quo dolus non est. Dicit ei natha
hel. Unde me nosti? Respondit ihs & dixit ei. Priusquā te philip
pus uocaret cū esses sub ficu uidi te. Respondit ei nathanahel & ait.
Rabbi tu es filius dī. tu es rex isrl. Respondit ihs & dixit ei. Quia di
xi tibi uidi te sub ficu credis. maius his uidebis. Et dicit ei. Amen
amen dico uobis. uidebitis cęlū apertū. & angelos dī ascendentes &
descendentes supra filiū hominis. IN NAT SCI ANDREĘ.

LEČ. EPL BEATI PAULI APLI AD ROMAN.

FRS. Corde enī creditur ad iustitiā. ore autē confessio fit ad salu
tem. Dicit enī scriptura. Omnis qui credit in illū non confundetur.
Non enī ē distinctio iudaei & greci. Nā idem dns omniū diues
in omnes qui inuocant illū. Omnis enī quicumq; inuocauerit nomen
dnī saluus erit. Quomodo ergo inuocabunt in quē non credide
runt? aut quomodo credent ei quē non audierunt? Quomo
do autē audient sine pdicante? quomodo uero pdicabunt nisi mit
tantur? Sicut scriptū est. Quā speciosi pedes euangelizantiū
pacē. euangelizantiū bona. Sed non omnes oboediunt euangelio.
Esaias antē dicit. Dne quis credidit auditui nro? Ergo fides
ex auditu. auditus autē p uerbū xpi. Sed dico. Nūquid non au

dixerunt. Et quidem in omnem terram exiit sonus eorum. & in fines
orbis terrae uerba eorum. SEC MATHEUM
IN illo tempore. Ambulans ihs iuxta mare galileae. uidit duos fra
tres. Simonem qui uocatur petrus & andream fratrem eius mittentes
rete in mare. Erant enim piscatores. Et ait illis. Uenite post me &
faciam uos fieri piscatores hominum. At illi continuo relictis re
tibus. secuti sunt eum. Et procedens inde. uidit alios duos fratres. Iacobum
zebedei & iohannem fratrem eius in naui. cum zebedeo patre eorum
reficientes retia sua. Et uocauit eos. Illi autem statim relic
tis retibus & patre. secuti sunt eum. EBD. I. DE ADUEN
TU DNI. LEC HIEREMIE PROPHET.
ECCE dies ueniunt dicit dns. & suscitabo dauid germen iustum. & reg
nabit rex & sapiens erit. & faciet iudicium & iustitiam in terra. In
diebus illis saluabitur iuda. & isrł habitabit confidenter. Et hoc
est nomen quod uocabunt eum. dns iustus nr. Propter hoc ecce dies ueniunt
dicit dns. & non dicent ultra uiuit dns qui eduxit filios isrł de terra
aegypti. sed uiuit dns qui eduxit & adduxit semen domus isrł de ter
ra aquilonis. & de cunctis terris ad quas eieceram eos illuc. Et ha
bitabunt in terra sua. Dicit dns omps. SEC IOHAN.
IN illo tempore. Cum sublevasset ergo oculos ihs & uidisset quia multi
tudo maxima uenit ad eum. Require in dominica media quadrag.
EBD. II. LEC EPL B PAULI AD ROMAN.
FRS. Scientes quia hora est iam nos de somno surgere. Nunc autem
propior est nra salus quam cum credidimus. Nox praecessit. dies autem
adpropinquabit. Abiciamus ergo opera tenebrarum & induamur

armalucis sicut in die honeste ambulemus. Non in comesationibus
& ebrietatibus. non in cubilibus & inpudicitiis. non in contentione & ae-
mulatione. Sed induimini dnm ihm xpm. SEC. MATH.
In illo tempore. Cum adpropinquassent hierusolimis & venissent beth-
fage ad montem oliveti. tunc ihs misit duos discipulos dicens eis.
Ite in castellum quod contra vos est. & statim invenietis asinam alliga-
tam. & pullum cum ea. Solvite & adducite mihi. Et si quis vobis
aliquid dixerit. dicite quia dns his opus habet. & confestim
dimittet eos. Hoc autem totum factum est. ut impleretur quod dictum
est per prophetam dicentem. Dicite filiae sion. ecce rex tuus venit
tibi mansuetus. sedens super asinam & pullum filium subiugalis.
Euntes autem discipuli. fecerunt sicut praecepit illis ihs. Et adduxe-
runt asinam & pullum. & inposuerunt super eos vestimenta sua. & eum desuper
sedere fecerunt. Plurima autem turba. straverunt vestimenta sua in
via. Alii autem caedebant ramos de arboribus. & sternebant in via.
Turbae autem quae praecedebant & quae sequebantur. clamabant dicentes.
Osanna filio david. benedictus qui venit. in nomine dni.

EBD. III. LEC. EPL. B. PAV. AD ROMAN.

FRS. Quaecumque scripta sunt. ad nostram doctrinam scripta sunt. Ut per pati-
entiam & consolationem scripturarum. spem habeamus. Ds autem patien-
tiae & solatii. det vobis id ipsum sapere in alterutrum secundum ihm xpm.
Ut unanimes uno ore honorificetis dm & patrem dni nri ihu xpi. Prop-
ter quod suscipite invicem. sicut & xps suscepit vos in honorem di. Dico enim
xpm ihm ministrum fuisse circumcisionis. pro veritate di. ad confir-
mandas promissiones patrum. Gentes autem super misericordia hono-

rentur dm̄. sicut scriptum est. Propterea confitebor tibi in gentibus dn̄e. et nomi
ni tuo cantabo. Et iterum dicit. Laetamini gentes cum plebe eius. Et iterum
Laudate omnes gentes dn̄m. et magnificate eum omnes populi. Et rursus Esai
as ait. Erit radix iesse. et qui exurget regere gentes. in eum gen
tes sperabunt. Ds̄ autem spei repleat uos omni gaudio. et pace in cre
dendo. Ut habundetis in spe. et uirtute sp̄s sc̄i. SEC̄ LUCAM
In illo tempore. Dixit ih̄s discipulis suis. Erunt signa in sole et luna et
stellis. et in terris pressura gentium prae confusione sonitus maris et fluc
tuum. Arescentib: hominibus prae timore et expectatione. quae
superuenient uniuerso orbi. Nam uirtutes caelorum mouebuntur. Et tunc
uidebunt filium hominis uenientem in nube. cum potestate magna et ma
iestate. His autem fieri incipientibus. respicite et leuate capita uestra.
quoniam appropinquat redemptio uestra. Et dixit illis similitudinem. Uidete
ficulneam et omnes arbores cum producunt iam ex se fructum. scitis quoniam prope
est aestas. Ita et uos cum uideritis haec fieri. scitote. quoniam prope est regnum dei.
Amen dico uobis. quia non praeteribit generatio haec. donec omnia fiant.
Caelum et terra transibunt. uerba autem mea non transient.

EBD̄. IIII. LEC EPL̄ AD CORINTHIOS.

FRS. Sic nos existimet homo ut ministros xp̄i. et dispensatores mysteri
orum dī. Hic iam quaeritur inter dispensatores. ut fidelis quis inueniatur. Mihi
autem pro minimo est ut a uobis iudicer. aut ab humano die. Sed neque me
ipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum. sed non in hoc iustificatus sum.
Qui autem iudicat me. dn̄s est. Itaq: nolite ante tempus iudicare quo
adusq: ueniat dn̄s. qui et inluminabit abscondita tenebrarum. et manife
stabit consilia cordium. Et tunc laus erit. unicuique a dō. SEC̄ MAT̄